# Ad diuinarum litterarum verarūq; diuitiarum amatores exhortatio.

Qui terrenis opibus diuites fieri volunt incidunt in tētationes et in laqueū dyaboli ⁊ desideria multa ⁊ nociua: que mergūt homines in interitū et perditionē. Unde ⁊ scriptū est. Qui cōfidit in diuitijs suis: corruet. Multos enī perdidit aurū ⁊ argentū. Et sepius cōseruate sunt diuitie in malū dñi sui. Pereunt nāq; in afflictione pessima. Neq; pderunt in die vltionis: ppheta testante. Argentuz inqt eoz et aurū eoz non valebit liberare eos in die furoris dñi. Hinc etiā scriptū est. Qui amat diuitias nō capiet fructū ex eis. Unde ⁊ ab ipso veritatis magistro fallaces ⁊ deceptorie diuitie appellate sunt. Hoc longe ante beatus Job declarauit dicens. Diues cū dormierit nichil secū auferet. ⁊ cetera que sequūtur. Hoc idē sanctus dauid precinit cū dixit. Dormierunt somnū suū ⁊ nichil inuenerunt oēs viri diuitiaz in manibus suis. Hinc apostolus Jacobus exprobrans illis miserias eorū terrendo dicit. Agite nunc diuites ploxate vlulantes in miserijs vestris q̄ aduenient vobis ⁊c. Ipsimet quoq; olim diuites nunc vero miseri in inferno errorē suū pre angustia spiritus gementes cōfitentur. Quid nobis pfuit superbia: aut diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis? Vos igitur litterarū amatores q̄ vere diuites fieri cupitis: veras diuitias amate que nec corrūpi: neq; consumi: neq; auferri: neq; exhauriri potest. Illas querite: illas vobis thezaurizate. Hoc thesaurarius vester iesus xp̄s diues in oēs suadet. hoc idē ipse magister vester docet ⁊ imperat. Thesaurizate inquit vobis thesauros in celo vbi nec erugo nec tinea demolitur: et vbi fures nō effodiunt: neq; furantur. Que aūt sunt ille diuitie ppheta expressit cum dixit. Diuitie salutis: sapiētia ⁊ sciētia. His pfecto diuitijs nichil locupletius: nichil preciosius: nihil deniq; desiderabili⁹ in vita hominuz inueniri potest. Istas vt nobis cōparetis: ipsa sapientia inuitat: ad vos clamitat: iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur dicens. O viri ad vos clamito: ⁊ vox mea ad filios hoim. Intelligite paruuli astutiā: ⁊ insipientes animaduertite. Et paulopost. Accipite inqt disciplinam meā ⁊ nō pecuniā: doctrinā magis q̄ aurū diligite. Melior est enī sapiētia cūctis opibus preciosissimis: ⁊ oīe desiderabile ei nō potest cōparari ⁊c. Precipuus quoq; cultor illius q̄ a iuuentute eā amauit: vt ad mortē ipsius vos trahat: ingentibus eā laudū preconijs extollit dicēs. Beat⁹ homo qui inuenit sapiētiam: ⁊ q̄ affluit prudētia. Melior est acquisitio eius negociatione auri ⁊ argēti ⁊c. Et iterū alibi. Preposui illam inquit regnis ⁊ sedibus: ⁊ diuitias nichil esse dixi in cōparatione illius ⁊c. Et infra. Si diuitie ait appetūtur quid sapiētia locupletius que operatur oia? Sed multos fortassis questio pulsat: vbi inestimabilis iste thesaurus inueniatur. Sic enim ⁊ beatus Job secū quesiuit dicens. Sapientia vero inuenit̄. et quis est locus intelligentie? Et infra sibijpsi respondēdo. Deus inquit intelligit viā eius: ⁊ ipse nouit locū illius. Huius itaq; questionis solutionem saluator noster deus ⁊ dei verbū sibi reseruauit quā ⁊ aperuit: cū incredulos ⁊ hui⁹ thesauri ignaros ad scripturas direxit dicens. Scrutamini scripturas: q⁊ vos putatis in ipsis vitā eternā habere. In scripturis nāq; sacris veluti in agro absc̄ditus est sapiētie thesaurus quo ad eternā vitā quenitur. De quo doct⁹ ille scriba euāgelicus pfert noua noui: ⁊ vetera veteris testamenti mysteria. Scripture vero sacre q̄uis ⁊ mente teneantur: ⁊ voce pferantur. cōmodius tū et vtilius in libris tanq̄ in vasis dñi recūduntur: ⁊ in illis permanentius cōseruantur. Omnes igitur qui hunc thesaurū inuenire desideratis in libris diuinis querite. Ibi pulsate ⁊ aperietur vobis. ibi querite et inuenietis. ibi petite ⁊ accipietis. Uerū cū multi ac varij sint sanctarū scripturarū libri: valde laboriosuz atq; difficile esset: etiā studiosis: singulos quoq; cōquirere ⁊ scripta eoz reuoluere: si separatim dūtaxat et sparsim haberentur. Ideo spiritu sapientie factū est: vt oēs tā veteris q̄ noui testamenti libri in vnuz volumen coadunati sint. Quod recte bibliā. i. librū per excellentiā appellamus. Que post iteratā accuratioēq; emendationē: concordes scripturarū sentētias annotat: et ob id singula queq; habet capitula per litteras distincta: quibus scripture cōcordantes indicātur et facile citoq; reperiūtur. Huic preterea summaria premittitur totius voluminis partitio: cū breui cōtentorū expositione: vt sic saltem generalis oīm prenotitia habeatur. Hoc scripturarū singulare opus si cōparaueritis: facilius sapientie diuitias inuenire ⁊ custodire valebitis: donec in regno celorum apertis thesauris vestris cū magis. i. sapientibus: eterne sāpientie iesu xp̄o grata munera sine fine offeratis. Cui cū genitore ⁊ spiritu eius honor gloria et imperiū in secula seculorum. Amen.

Notandum q̄ translatores et interpretes biblie multi fuerunt sicut dicit magister in hystoriis: quia ante incarnationē dñi annis .cccx li. temporibus ptholomei philadelphi regis egypti. lxx. interptes floruerunt qui leges ⁊ prophetas hoc modo transtulerunt. Ptholomeus studiosus ⁊ librorū cupidus perc ipiens apud iudeos legem esse ore dei editam: ⁊ digito illius scriptā: missis epistolis et muneribus rogauit eleazarū pontificem iudeoꝝ vt sibi viros seniores hebraice ⁊ grece lingue peritos q̄ interpretari ⁊ transferre valerēt deligeret. Eteni sua desideria essent eā in greco translatā habere et archiuis regalibus interesse. Eleazarus autē annuens eius petitioni: de vna quaq̄ tribu sex legiferos vel legiferētes destinauit. Hi sunt. lxxij. interptes: q̄ licet. lxxij. fuerunt more sacre scripture. tamen cōmuniter dicitur. lxx. quia si duo supersunt hoc est modicū respectu septuaginta. Qui venientes ad regē pentateucū ⁊ pphetas transferentes corā rege disputauerunt de vno deo colēdo ⁊ q̄ nulla creatura essz deus. Inde est q̄ vbicūq̄ occurrebat eis in transferēdo de trinitate: vel sub silentio preteribant: vel enigmatice transtulerunt: ne tres deos colendos tradidisse viderētur. Similiter de incarnatione verbi faciētes. Unde translatio a septuagintaduū quādoq̄ est superflua: quādoq̄ diminuta. Post incarnationē aūt domini ⁊ passionē annis centū viginti quattuor: aqla quidā iudeus ad fidem cōuersus sed postea in hereſim lapsus primus interpres fecit aliam translationē de hebraico in grecū tēpore adriani imperatoris. Deinde post ānos. liij. Theodotion fecit translationē sub cōmodo. Deinde post annos triginta Symachus interpres claruit sub seuero. Deinde post annos octo inuenta est quedam translatio hierosolymis cuius auctor ignoratur: que dicta est vulgata translatio vel quinta editio. Deinde post annos. xviij. tēpore alexandri superuenit origenes. qui vidēs istas translationes imperfectas: cepit corrigere translationē lxxij. interpretū per posteriores iam dictas translationes: vel ſm aliquos solū translationē theodotionis correxit ⁊ miscuit: scz supplens diminuta ⁊ resecans superflua. vbicūq̄ igitur ad translationē. lxxij. interpretū aliquid addidit ex trāslationibus sequentibus: vel vbi addidit que deerant ibi ponebat astericum vel asteriscū: id stellam vel formam astri: per quod innuit q̄ per additionē illam elucescebant que prius deerant. Et dicitur astericus ab aster ⁊ icon quod est ymago vel signū: et ꝓducit penultimā: quapud grecos icon scribitur per ei diptongon: ⁊ dicit astericus ſm modernos: vel astericius ſm ātiquos. et tūc dicitur ab astris id ē stella ⁊ icon. vbi vero erat superfluū ponebat obelum. Obelus eni grece dicit sagitta latine vel veru. signans per hoc q̄ littera ibi superflua erat. Deinde ipse origenes fecit aliā trāslationē p se plenam sine his signis. Hi oēs transtulerunt de hebraico in grecū. Deinde quidā volentes habere oēs istas translationes simul scribebant libros: sic eos ordinantes q̄ in medio cuiuslibet folij ponebant sex colūnas a summo deorsum descendentes: ponentes in prima verba translationis prime: in secūda secūde: ⁊ sic de alijs. Et isti libri dicti sunt hexapla ab hexa grece quod est sex latine: quasi sexcupla. vel dicit hexapla quasi liber habens sex translatiōes rectas vel rectificatas. Quidā tamē hexapla exponunt simpliciter per exēplaria. Et his tēporibus multi vtriusq̄ scioli fecerunt alias trāslationes de predictis grecis translationibus in latinū. Nouissime supueniens beatus Hieronymus peritus in tribus linguis: hebraica: greca: ⁊ latina. Primo correxit trāslationē. lxxij. interpretum in latino cum astericis et obelis. postea vero transtulit immediate bibliā de hebreo in latinū sine astericis ⁊ obelis. ⁊ hac trāslatione nūc vbicq̄ vtitur tota romana ecclesia: licet nō in omnibus libris. Et ipsius translatio merito ceteris antefertur: quia est verborum tenacior et perspicuitate sententie clarior. Et trāslatio prima scz. lxxij. interpretū facta est in alexandria ciuitate: que metropolis est egypti. Alie autem translationes in diuersis partibus mundi vbi tunc magistri polluerūt. Nota q̄ vbicunq̄ in libris veteris testamēti mēdositas reperitur recurrendū est ad volumina hebreorū: quia vetus testamentū primo in lingua hebrea scriptuz est. Si vero in libris noui testamenti recurrendū est ad volumina grecorū: quia nouum testamentū primo in lingua greca scriptū est preter euangelium matthei: ⁊ epistolam Pauli ad hebreos.

# Modi intelligendi sacram scripturã.

Notandum q̃ omis sacra scriptura quadriformi ratione distinguitur siue exponitur. Aut enim in hystoriaco vel litterali intellectu aut allegorico: aut anagogico: aut tropologico: vel morali solet accipi. Hystoria nãq̃ est q̃n res aliq̃ quõ scõm litteram dicta vel facta sit plano sermone refertur. vt cũ dicitur. Populus israel ex egypto saluatus: tabernaculum domino fecit. Et dicitur ab histeron. i. videre vel cognoscere: quia antiquitus nemo scribebat hystoriã nisi qui vidisset. et sic quãdo dictiones intelligũtur simpliciter vt sonant est sensus litteralis vel hystoricus. Allegoria autẽ est cum verbis aut rebus mysticis presentia x̃pi ⁊ ecclesie sacramenta signantur. Verbis videlicet vt ait Esaias. Egredietur virga de radice iesse: quod aperte est dicere. Nascetur virgo maria de stirpe dauid: ⁊ de ea x̃ps nascetur. Rebus mysticis est populus israel ab egyptiaca seruitute per sanguinem agni liberatus. Allegorice ecclesiã signat que per passionem x̃pi a demoniaca seruitute liberata est Et nota q̃ allegoria multis modis exponitur. Quãdoq̃ a persona vt ysaac signat x̃pm. Quandoq̃ a re ⁊ non persona: vt aries occisus significat x̃pi carnẽ passam. Quandoq̃ a loco: vt x̃ps predicaturus ascendit in montẽ: vbi eminentia loci signat eius sapientiã ⁊ excellentiã. Quandoq̃ a numero: vt apprehenderunt septẽ mulieres virum vnum. i. septẽ dona gratiarũ x̃pi. Quandoq̃ a negocio vel facto: vt interfectio golie a dauid interfectionem dyaboli a christo signat. Anagogia autẽ ad superiora est ducẽs locutio: que de premio futuro et ea que in celis est vita futura apertis siue mysticis sermonibus disputat. Apertis: vt cũ dicitur. Beati mundo corde. Mysticis: vt cũ dicitur. Beati qui lauant stolas suas vt sit illis potestas in ligno vite: ⁊ per portas intrent ciuitatẽ. Quod sic exponitur anagogice. Beati qui mundant cogitationes suas ⁊ actus vt sit illis potestas videndi dominũ nostrũ iesuz x̃pm: qui dicit. Ego suz via vita ⁊ veritas. per doctrinã ⁊ exẽpla precedentiũ patrũ intrant in regna celorũ. Et sic est differentia inter allegoriã ⁊ anagogiã: quia allegoria est mysticus sensus pertinens ad militantẽ ecclesiã in qua sumus: sed anagogia est apertus sensus pertinẽs ad ecclesiã triumphantẽ: que est cõmunitas sanctoz iam triũphans ⁊ regnãs. Tropologia vero est moralis locutio que ad instructionẽ ⁊ correctionẽ animoz mystice siue aperte respicit. Mystice vt ait Salomon. Omni tẽpore sint vestimenta tua candida: ⁊ oleũ de capite tuo non deficiat. q̃ est dicere. Omni tẽpore sint opera tua munda: ⁊ charitas de corde tuo non deficiat. Aperte: vt iohãnes dicit. Filioli non diligamus verbo neq̃ lingua: sed opere ⁊ veritate. Et vt breuiter habeas hystoria docet factum. Tropologia faciendũ. Allegoria credendũ. Anagogia appetendũ. Unde versus.

Littera gesta docet quid credas allegoria.
Moralis quid agas: quo tendas anagogia

Hec patent in hac dictione hierusalẽ. Hystorice enĩ est nomen ciuitatis. Tropologice est typus anime fidelis. Allegorice figura ecclesie militantis. Anagogice typum gerit ecclesie triũphantis. Unde versus.

Sicut hierusalem polis est terna fidelis
Constans ecclesia mõs fortis patria summa.

Finis tabularum biblie.